Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

bus, urbis tamen incolis, nec non Arianis, et torpidis Christianis. Loschmannus Valent. Ms. p. I, c. 5.

9) Hinc colligo, Batavis tunc inter malos plurimos etiam bonos extitisse aliquos: e quibus S. Lucillum Valentino perpetim adhesisse, Majaque esse sentum credo; quia ipse solus postis. Ad Valentini obitum, Batava castra ~~(quia nempe hunc) adisse sanctique Ambrosiense~~ adisse, et postea Bataviam redisse ~~credidit~~ dictus ab Engippio.

Gpopularem

10) Hæc omnia ex Tabula plumbea, quam repertam esse juxta corpus S. Valentini sub Udalrico Episcopo Passaviensi et Calixto Papa II, hoc est, circa annum 1120, testis est Auctor Anonymus Passaviensis; / verosimilius judicat Hanfizius, tabulam ipsam consecratam esse tunc, quando Sancti corpus ab urbe Tridentina Patavium deportatum fuit circa annum 763. Statui tamen omnino requirit, an non hæc ipsa scriptura, antejus certe autographum exstiterit antea Tridenti aut in castro Majensi. Certe non aliunde, quam ex hanfiis inde notitiis conscriptam, res ipsa persuadet. ~~Huic~~ Hanfizio primum adstipulatus est Loschmannus in Valent. Ms. p. I, c. 2, sed in hujus operis compendio typis impresso anno 1745 in præfat. / aliter scripsit: gleich bey seinem heiligen Tod ist gantz glaublich verfertiget worden, das ist einige Zeit nach der Mitte des fünften Jahrhunderts jene bleyerne Tafel oder Rolle, so bey dem H. Leibern dem Jahr 1120 gefunden worden. Id quod et mihi probabilius videtur ex ratione data Add. 7.

/ qui ex Ms. Monasterii Bodecensis a Gamansio descriptus, et a Bollando editus est ad 7 Jan. item a Surio ad 4 Aug.

/ et iterum c. 15

11) Iter hunc Batavia Romam acceleravit Valentinus: ergo via recta et proxima illud institit, per Rætias nempe nostras; perque loca in Itinerario Antonini assignata, Pontem Œni, Albianum, Masiacum, Veldidenam, Vipitenam, Subsabionem, Endidam, Tridentum etc. Quo vero anno tum primum, tum alterum Romanum iter fecerit; an ante Hunnorum incursionem post eas: ~~atque~~ certo assequi non possumus. ~~Quia tamen nec Tabula, nec Anonymus ullam Hunnorum faciunt mentionem; post horum in Pannonias reditum, anno 453 Valentinum Bataviam venisse, anno 454 primo Romam, anno 455 secundo illuc esse profectum, puto; anno deinde sequente 456 ad montana Rætia se contulisse~~ Vide tamen Add. 13.

12) Hinc contra Arianorum hæresin, ~~præsertim quia~~ qua fidei sanctæ trinitatis maxime oppositus, præsertim prædicasse Valentinum, colligimus.

13) Hæc Tabula. Per populos intelligi homines gentiles, probat Loschmannus in Valent. Ms. p. I, c. 5.